Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam emissæ. In Deuteronomium

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Visual Library

dixerit. Nã illa uerba, Euntes in mundũ &c. apparet ex Matthæo dicta in monte Galilææ, niſi ſæpius dicta intelligas. Quod uero ſequitur, Poſtq̃ locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlũ &c. non intellige aſſumptũ mox poſt prædicta uerba, ſed poſt omnia uerba quæ loquebatur à reſurrectione per dies quadraginta ſecũdum Lucã in Actis. niſi etiã intelligas diſcipulos ſtatim à monte Oliueti egreſſos ad prædicandum ubiq;, quia ſequitur, Illi autẽ egreßi &c. id quod uetãt Acta apoſtolorũ. Epitomen ergo ſcripſit illic Marcus geſtorum à Chriſti reſurrectione. Quin & ipſe Lucas ita cõtexuit Euangelicã hiſtoriã, ut putes, Poſt diem reſurrectionis nocte ſequẽti Chriſtũ aſcendiße. Et niſi idem unico uerbo in Actis dixiſſet, per dies quadraginta, adhuc neſciretur quo die Chriſtus aſcendiſſet, id eſt, aſſumptus eſſet ab oculis diſcipulorum, alioqui eius reſurrectio eſt quoq; eius aſcenſio ſiue glorificatio, quando ei dictum eſt, Sede à dextris meis, de quo & ipſe dicit. Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in terra. Itaq; nuſq̃ magis apparet atq; hic, q̃ multa deſint ex omnibus Chriſti geſtis, quorũ oẽs Euangeliſtæ uix epitomen ſcripſerũt, ut etiã Ioãnes in fine ſui libri fatetur.

ADVENIAT PATER REGNVM TVum, per Ieſum Chriſtum filium tuũ dominũ noſtrum, Amen.

BASILEAE, APVD ADAMVM PEtri, Menſe Septẽbri Anno M. D. XXIIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN